Ius caducum post quendam Krotkowski Nobili Hiacincto Dalowski datur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia, summasque quasvis pecuniarum, sive paratas, sive aliquo iure obligatas, ubicunque locorum et apud quascunque personas in Regno et Dominiis nostris existentes, morte cuiusdam Joannis Krotkowski incolae Cracoviensis, ad nos, et dispositionem nostram Regiam, certis de causis iure Caduco devoluta, Nobili Hiacincto Dalowsky Servitori Cellarij nostri dandum et conferendum esse duximus, prout quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris; ita ut eadem bona Caduca iure adeat, et in possessionem sua vindicet, adeptaque teneat, habeat et possideat, et in suos, suorumque successorum, quosvis beneplacitos usus, pleno iure convertat, perpetuo. Quod ad omnium quorum interest, praesertim Magistratuum, tam Castrensis, quam Civilis Cracoviensis noticiam deducendum, iisdem mandamus, ut requisiti a praefato Donatario nostro, seu ipsius mandatario, bona eadem omnia supra scripta, absque ulla mora et difficultate extradant, ab alijsque, apud quos reperta fuerint, extradi curent. Pro gratia nostra, officiorumque suorum debito secus non factura. Datum Varsaviae die V Mensis Decembris Anno Domini MDCXXVI.

Sigismundus Rex.

Petrus Zeronski.

Ius caducum post quendam Krotkowski Nobili Hiacincto Dalowski datur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia, summasque quasuis peccuniarum, siue paratas, siue aliquo iure obligatas, vbicunque locorum et apud quascunque personas in Regno et Dominijs nostris existentia, morte cuiusdam Joannis Krotkowskij ciuis Cracouiensis, ad nos, et dispositionem nostram Regiam, certis de causis iure Caduco deuoluta, Nobili Hiacincto Dalowskij Seruitori Cellarij nostri dandum et conferendum esse duximus, prout quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris; ita vt eadem bona Caduca, iure adeat, et in possessionem suam vindicet, adeptaque teneat, habeat et possideat, et in suos, suorumque successorum, quosuis beneplacitos vsus, pleno iure conuertat, perpetuo. Quod ad omnium quorum interest, praesertim Magistratuum, tam Castrensis, quam Ciuilis Cracouiensis noticiam deducendum, ijsdemque mandamus, vt requisiti a praefato Donatario nostro, seu ipsius mandatario, bona eadem omnia suprascripta, absque vlla mora et difficultate extradant, ab alijsque, apud quos reperta fuerint, extradi curent. Pro gratia nostra, officiorumque suorum debito secus non factura. Datum Varsauiae die V Mensis Decembris Anno Domini MDCXXXVI

Sigismundus Rex

Petrus Zeronski